



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1845

DCXLIV. Kaiser Ludwig weist die Herzöge Buggozlav [et]c. von Pommern
an, ihre Herzogthümer vom Markgrafen Ludwig von Brandenburg zu Lehn
zu nehmen, am 27. Januar 1328.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56193](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56193)

num. De fide et industria Tua plenissime Confidentes Magnificentie Tue cum Ratihabitione plenariam tenore presentium concedimus facultatem et mandatum nihilominus speciale, ut nostri et imperii uice et nomine, Marchionatum Landesbergk post obitum Agnetis, charissime Sororis nostre, Marchionisse Brandenbvrgeris, conferre ualeas iusti et recti feudi Jure cum suis pertinentiis et iuribus uniuersis Illustri Rvdolpho, Duci Saxonie, Auunculo nostro charissimo, aut alii uel aliis, apud quem uel quos profectum et utilitatem Illustri Ludowici Marchionis Brandenbvrgeris primogeniti nostri minus et melius per huiusmodi feudum uideris et persuasus sis procurare. In cuius rei testimonium presentes Tibi concedimus Sigilli Maiestatis nostre munimine roboratas. Dat. Lateran. XXVII. die Mensis Januarii, Anno Domini Millefimo trecentesimo uicesimo octavo, Regni nostri Anno quarto decimo, Imperii uero primo.

Ludwig, Reliqu. Manuscript X. 35 — 36.

DCXLIV. Kaiser Ludwig weist die Herzöge Buggozlaw u. von Pommern an, ihre Herzogthümer vom Markgrafen Ludwig von Brandenburg zu Lehn zu nehmen, am 27. Januar 1328.

Ludovicus, dei gratia Romanorum Imperator semper Augustus, Illustribus Buggozlaw et suis fratribus, necnon eorum heredibus, Stetinensis, Slauiorum, Cassuborum et pomeranie ducibus, consanguineis suis dilectis, gratiam suam et omne bonum. Denunciamus uobis, quod ducatus Stetinensis, Slauiorum, Cassuborum et pomeranie supradicti immediate descendunt in pheodum a marchionatu Brandenbvrgeri, archicameratu Imperii et ad Illustres marchiones Brandenbvrgeres, qui sunt pro tempore, pertinent, sicut ad dominos collatores, quibus Jus pertinet ducatus ipsos in pheodum conferendi, Ideoque Illustrem Ludovicum marchionem brandenbvrgerem, archicamerarium nostrum et imperii principem et primogenitum nostrum karissimum, magnificentie vestre tamquam eum, cui ius conferendi et inpheodandi de predictis ducatibus legitime pertinere dinoscitur, demonstramus et ad ipsum vos remittimus, volentes ac etiam iniungentes uobis et uestris heredibus, ut quemadmodum (uestri) progenitores uestri ducatus ipsos ab antiquis marchionibus brandenbvrgeribus cum omnibus suis pertinentiis et iuribus possiderunt et recognouerunt, sic a predicto marchione filio nostro eisdem in pheodum recipiatis, possideatis et recognoscatis similiter cum pertinentiis suis et iuribus uniuersis. Datum Lateran. XXVII. die mensis Januarii, anno domini M^o. CCC^o. XXVIII Regni nostri anno XIII, Imperii uero primo.

Nach dem im Geh. Kab. Archive befindlichen Copialbuche Imperium Ludovici Imperatoris Nr. 9. Ungenau abgedruckt bei Ludwig (Reliq. Man. II. 286) und Buchholz. (Gesch. d. Churm. Brand. V. Urk. Anh. S. 51).